



554
28

1781.2

FACVLTATIS IVRIDICAE
DECANVS
**HIERON. FRIDERIC.
SCHORCH, IC^{TVS}**

SACRI PALATII CAESAREI COMES, EMINENTISSIMI AC CELSIS-
SIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGVNTINI CONSILIARIVS REGIM.
MEMORATAE FACVLTATIS ASSESSOR SENIOR, DECRETAL.
PROF. PVBL. ORD. NEC NON CIVITATIS ERFORDIENSIS
CONSUL PRIMARIVS,

SOLEMNIA IN AVGVRALIA
NOBILISSIMI ET CONSULTISSIMI HONORVM
DOCTORALIVM CANDIDATI
DN. CHRISTIANI GVIELMI WEHRN,

PROFESSORIS IURIS EXTRAORDINARI ET REGIMINIS ELE-
CTORALIS MOGVNTINI ADVOCATI,

DIE XXV. MAI. MDCCCLXXXI.

PERAGENDA INDICIT,
SIMVLQVE QVAEDAM
DE


FEVDIS MARCHIONVM BRANDEBVRG. TANQVAM
BVRGGRAVIORVM NORIMBERG. IN AVSTRIA, OCCA-
SIONE PACIS NOVISSIMAE TESCHENSIS,

PRAEFATVR.

ERFORDIAE, LITERIS NONNIANIS,

BRUNNEN





Celebratissima in disciplina iuris feudalis est *feudorum in curte & extra curtem* distinctio, cur-
tis vocabulo pro Territorio accepto; arque ho-
rum extra curtem feudorum non exiguus in
Imperio Romano-germanico numerus est. Praeter principum
ecclesiasticorum, qui fere omnes feuda extra territorium suum
sita conferunt, extra curtem feuda, in primis nota & memora-
bilia sunt ea, quae Rex Bohemiae extra Bohemiam & in specie
ipsis Marchionibus Brandenburgicis, nec non ea, quae Mar-
chiones Brandenburgici per Austriam conferunt. *MASCOV Lib.*

* 2

de



de iure feudor. cap. 3. §. 20. not. 3. Illorum recensum dedit
 LIMNAEVS in I. publ. T. IV. pag. 360. horum catalogum al-
 phabeticum edidit STRVV. in *diff. de dominio directo in alieno*
territorio p. II. §. 9—13. In originem eiusmodi feudorum
 extra curtem in genere inquirent, eaque ex *Oblatione* variis ex
 causis verosimiliter orta esse demonstrant *EVRI* in der *Erläuter-
 ung des Lehnrechts* pag. 624. seq. BOEHMER de *iudice feudo-
 rum extra curtem* §. 1. quae est in ei. *Observat. iur. feud.
 Obs. 12.* Quantum vero in specie attinet ad feuda Brandenburg.
 in Austria, Marchiones Brandenburgici ibi institutam curiam feu-
 dalem singularem habent, constituto ibidem summo rerum &
 causarum feudalium praeposito (einen Gewalthaber und *Lehn-
 probst*), coram quibus Vasalli feuda & inuestituras recipiant,
 nec enim extra territorium ad domum Domini directi, quod
 alias intuitu Vasallorum iuris est, euocare hos Vasallos ad in-
 uestituras accipiendam licet, id quod priuilegiis Archiducum
 Austriae adscribi solet BOEHMER cit. *Obs. §. 16.* add. *EVDER* in
Amoenitat. iur. feudal. pag. 24. 25. Atque olim quidem
 numerus non parvus horum feudorum in Austria fuit, vt si-
 mul sumta Principatum referre potuerint; ast recentioribus
 temporibus valde is decrevit, multaque ab eorum complexu
 auulsa sunt teste STRVV. cit. *diff. p. II. §. 8.* Hoc certum est, quod,
 cum de quanto matriculari Serenissimorum Marchionum mo-
 derando superiore seculo ageretur, eius moderationis imperan-
 dae causa inter alia allegara etiam fuerit imminutio horum feu-
 dorum perpetua, & detracta eorum, quae supersunt, utilitas (das die
 Branc



Brandenburgischen Herr- und Lehnshaffien in den Oesterreichischen Landen zum Theil gar entzogen, zum Theil aber außer allen Ertrag gesetzt worden) MOSERI *Staatsrecht P. XXX.* pag. 462.
§. 6. De origine horum feudorum in Austria non est vina
Eruditorum opinio & coniectura. Alii & plerique eum AVEN-
TINO in Annal. Boic. eam deriuant a proelio ad Mühldorff, a.
1322. in quo FRIDERICVS pulcher *Austriacus* ab Imperato-
re LUDOVICO Bauero victus est, post quam victoriam nobiles
Austriacos captiuos FRIDERICO *Burggravius Norimbergensis*
ob strenue praestitam operam addictos esse ferunt, qui dein ab illo
pro more illorum temporum libertatem per oblationem praedio-
rum suorum in feudum redemissent. vid. LVEDWIG. Ger-
mania Princeps *L. II.* cap. *I.* §. 9. not. d. **OZLER**
SCHLAGER Geschichte des XIVten Jahrhunderts pag.
114. de RÜNAV in Examine differt. Bucholz. cap. 6. §. 7.
apud IENICHEN in *Thesauo iur. feud.* T. *III.* pag. 719. IM-
HOFF. in *Notitia procerum Lib.* *IV.* cap. 3. §. 29. ibique
KOELER in *Addit.* Alii vero deriuare eam malunt a Comitis-
sa in Ragze, Sophia, quae vxor fuit Burggrauii Norimb. FRI-
DERICI, quamque dicunt, vendidisse Leopoldo Duci Au-
striae Comitatum hunc Rezensem (Ragze) in Austria si-
rum, reseruato dominio in Vasallo directo, quam sententiam
situs horum feudorum fere confirmat & probabilem reddit.
vid. STRVV. cit. diff. §. 6. **SCHROETERS** Versuch ei-
ner Oesterreichischen Staats-Geschichte pag. 357. Iam,
quantum ad haec feuda attiner, in nupera pace Tescheni Ar-
tic. XI. inter Imperatricem qua Reginam Bohemiae & inter Re-



gem Borussiae conuentum est, ut in easum quo Principatum Anspacensem & Baruthinum olim Electoratu Brandenburgico reuniri contigerit, nexus ille clientelaris & dominium directum eo usque a Marchionibus in Austria exercitum penitus cessare & finem accipere debeat, sicut vicissim nexus clientelaris & dominium directum, quod Rex Bohemiae in illis Principatibus intuitu quorundam feudorum exercet, cessare penitus debet. Hac renunciatione dominii directi virisque in euentum hunc conuenta materia variarum altercationum circa habitum eiusmodi feudorum extra curtem erga dominum territorialem & de limitibus dominii directi in alieno territorio occurrentium felicissime subtraeta est.

Sed veniendum nunc mihi est ad eum, cuius causa haec sum praefatus. Est ille

VIR NOBILISSIMVS ATQVE CONSVLTISSIMVS
DN. CHRISTIANVS GVILIELMVS WEHRN,
PROFESSOR IUR. EXTRAORD. ET REGIM. ELECT.
MOGVNT. ADVOCATVS,

qui laudabilem vitae suae cursum ipse sequentibus retulit verbis:

Natus sum Erfordiae nonis Aprilis 1746. Parentes optimi contigerunt b. IO. CASP. WEHRN, Xenodochiz praefectus, atque orta gente de GERSTENBERG MARTHA SOPHIA, quae tantis me complexa est beneficiis, ut nulla unquam pietas referendae gratiae possit sufficere. In schola

Schola Gregoriana meritisimius Dn. Rector REICHARD-
TVS, in Gymnasio autem Senatorio celeberrimi colendissi-
mique Domini BESLERVS, RVMPPELIVS, AD-
LVNGIVS, SCHLOTTWEIN & FRANCKE in
primis me erudiendo deuinixerunt, quibus gratias, quas
possum, maximas ago. Gymnasio valedixi in examine
vernali 1763, atque in Hierana me numero ciuium acade-
micorum adscriptum Philosophiae quasdam partes celeb-
rimi Domini BAVMERVS, PLAVBELIVS & b.
BOHNE, elementa vero iuris illuftris D. SCHORCHiun,
docuerunt. Exacto spatio semeſtri adii Georgiam Augu-
ſtam, ibique plus biennio in ſtudia incubui. Ius mihi
tradiderunt viri laude ingenii atque eruditioſis conſpicui,
longeque gentium illuftres, Domini PÜTTERVS, BOEH-
MERVS, MEISTERVS, BECKMANNVS, de SEL-
CHOW ac HABERNIKEL, quorum nomina venera-
bundus pio animo proſequor. Reducem in patriam cele-
berrimus atque integerrimus b. HOMMELIVS in uſi,
qui in foro eſt, me inſtruxit. Anno ineunte 1772. il-
luſtriffimus atque excellentissimus D. de KETTENBVRG,
ordinis S. Annae eques, Praefectus militum, Camerarius
& Praetor Trembüttelii Holſaticus ad id me ar-
ceſſiuit, ut ipſi eſſem ab epiftolis. Quo munere, quam-
uis Dominus indulgentiſſimus maxima in me uſus fuerit
gratia, me abdicaui anno 1775, & mihi in patriam reuer-
ſo eodem anno aduocati, atque anno 1779. Professoris pro-
uincia clementiſſime demandata eſt.

Dn.

Dudum ille Facultati nostrae, exantato Examine rigo-
roso & scita enodatione textuum ad resoluendum praescriptorum,
adquisitam legalēm scientiam abunde adprobauit, & ideo ad
vleriora specimina inauguralia libenter admisus fuit. Nunc
vero in eo est, vt & his, quae reliqua sunt, speciminibus pra-
statis viam sibi ad supremos in vtroque iure honores paret,
quare proxima die Veneris in Lectione Cursoria L. 61. ff. de
Legat. i. interpretabitur, eaque finita Dissertationem suam
inauguralem

DE

ACTIONE PAVLIANA

publice tuebitur. Quibus aëtibus solennibus ut pluzimum Reve-
rendus & Magnificus Vniuersitatis Rector, illustrissimus Comes,
ceterique Academiae Proceres & ciues haud grauatim interesset
velint, ea, qua par est, obseruantia & humanitate invitantur.
Publ. sub sigillo facult. iurid. d. 20. Maii A. O. R.

M DCC LXXXI



X 2310747


ULB Halle
007 469 942

3



V018

Farbkarte #13



554
28
1781 L
ATIS IVRIDICAE
CANVS
FRIDERIC.
RCH, IC^{TVS}
I COMES, EMINENTISSIMI AC CELSIS-
IS MOGVNTINI CONSILIARIUS REGIM-
ATIS ASSESSOR SENIOR, DECRETAL.
EC NON CIVITATIS ERFORDIENSIS
NSVL PRIMARIVS,
A INAVGVRALIA
CONSULTISSIMI HONORVM
ALIVM CANDIDATI
NI GVILIELMI WEHRN,
TRAORDINARI ET REGIMINIS ELE-
MOGVNTINI ADVOCATI,
MAI. MDCCCLXXXI.
AGENDA INDICIT,
LQVE QVAEDAM
DE
VM BRANDEBVRG. TANQVAM
ORIMBERG. IN AVSTRIA, OCCA-
NOVISSIMAE TESCHENSIS,
PRAEFATVR.
AE, LITERIS NONNIANIS,